

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio ba cum fontibus primis

Nullus dicat esse unius meriti siue
virtutis socialiter uiuere et utiliter
preesse.

In moribus enim antecellunt et
superiores existunt qui superiores esse
sciunt,
unde illud:
Qui bene presunt
presbyteri dupli habeantur honore. ←

Bernardus super Cantica sermone XXIII.

Nam neque unius rursum quis
dicat esse meriti uniusve
virtutis, socialiter vivere et utiliter
praeesse.

Quam multi denique sub praceptorum
quieti vivunt, quos si iugo absolvias,
videas non posse quiescere, nec se ullo
modo aequalibus servare innoxios! Item
innumerous cernes simpliciter ac sine
querela inter fratres conversari, super
fratres non solum inutiliter, sed et
insipienter et nequiter. Quadam
siquidem bona mediocritate contenti sunt
qui huiusmodi sunt, sicut eis mensuram
gratiae partitus est Deus: minime quidem
egentes magistro, nec tamen idonei
magisterio. Prioribus ergo sequentes
quidem
in moribus antecellunt; sed utrisque
superiores exsistunt, qui superiores esse
sciunt.
Denique et accipiunt in promissione
qui bene praesunt,
constitui super omnia bona Domini sui.

Bernardus Claraeualensis, *Sermones*
super Cantica canticorum, 23, 8 (SBO 1,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., pp.143-4, ll.20-29, 1).

→

Qui bene praesunt
presbyteri dupli honore digni
habeantur
maxime qui laborant in verbo et
doctrina. (I Tim. 5:17).